**Manoscritto MS. 89**

*Supplementum tractatus de incarnationes quaestiones quatuor* (1838)

Lingua: latino.

Cartaceo – 242 x 163.

60 pagine.

Campo scrittorio 225 x 133; 29 righe.

Scrittura corsiva in inchiostro nero, senza decorazione. Sono presenti nel testo alcune correzioni alla lingua, realizzate in inchiostro blu.

Contenuto:

*Supplementum tractatus de incarnationes quaestiones quatuor.*

Legatura in tela decorata su cartone rigido.

Condizioni di conservazioni mediamente buone: la coperta presenta qualche segno di consunzione e le pagine sono segnate da alcuni danni da tarlo. Edizione litografica?





# = Quæstio Iª =

Utrum, Adamo non peccante, Verbum Divinum carnem humanam assumpsisset? —

Notandum Iº. — Quæstionem agere de facto, non de possibili; hac enim postrema in hypotesi, nulla cunctandi ratio habetur, nec unquam a Theologis disputatum est. — Quærendo de facto, investigatur utrum in præscientia Dei Incarnatio fuerit ~~ita~~ decreta et præstabilita tanquam pars et factum, quod ad creationis hujus integritatem et perfectionem pertinet, unde proinde est considerare quomodo scientia Dei se habeat in ordine ad res creatas. — Scientia Dei circa res creatas est duplex: simplicis intelligentiæ et visionis; illa cognoscit res in earum quidditate, seu possibilitate logica, physica et metaphysica; ista illa omnia quæ rerum factum consequuntur, vi facti, puta contingentia et libera. Hunc duplicem ordinem scientiæ consequitur duplex ordo determinationis voluntatis, et sicut primus ordo logice antecedit secundum, ita correlativa determinatio voluntatis. Si res ad duplicem dictum ordinem conferantur, quamvis actus intellectus et voluntatis divinæ sit unicus et simplicissimus, possumus iisdem plura instantia prioritatis et posterioritatis logicæ assignare, quæ non sunt nisi logicæ præsuppositiones, quarum si unus conceptuum alterum antecedit et præsupponit, e.g. causa, effectum; principium, principiata; finis, media. Supposito ergo



principium bonum, seu sapientia primo emanavit intelligentiam, verbum, et omnes substantias spirituales etc. — Nihil ad rem nostram. = IVªˢ et quod in fabulosa ... fecerunt: Gnostici et Manichæi, sententia pantheistica, immutata et mutabilis juxta particularia placita; sed semper pantheistica. — Nihil ad rem.

Puto ergo quod sine ignorantia crassa Theologiæ, Philos. et Historiæ, a nemine contra statutam conclusionem in bona fide earum recitatus urgeri unquam possit. Et hæc meminisse juvabit.

Nota Possent urgeri etiam aliquæ proposit. damnatæ a R. Pont., quas quisque vel parum in Theolog. et historia versatus facile perspiciet nihil cum re nostra habere commune; quasque temporis angustia præsentes omittimus.

Contra IIIªᵐ partem. — Post judicium particulare confertur Electis Beatitudo æterna. Ergo beatitudo quæ per recitatam opinionem statuitur confertur ante ultimum judicium.

R. D. A. — Confertur beatitudo ~~beatit.~~ particularis quæ est visio beatifica, C. A.; communis, N. A. N. C.

Ratio eruitur ex dictis.

Anno D. 1888.

Deo Gratias!